Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38173
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

licet indigno tribuere, quatenus hoc recto tra-
mite immo intemerata fide explere potuissem;
denique, ipso inspirante, quamuis pauido conatu,
tamen tuis uisionibus parere studui. ac sex dierũ
opera iuxta hystoriam licet tropica permixta
sint pauca, prout mihi tradita fuerant, in polito
sermone enucleaui; cumq; iam finem defigere
ultima dictando decreuerim. et suphacre relicere
ultra penitus disposuissem. repente magister in-
gressus his me uerbis blande alloquitur; quid, inquit,
affabilis fili, quid cum tanto studio edisseras. q̃d
cum celare ñauderem teste conscientia humili
ore deprom[illegible]si. ipse uero nosse gestiens, ut ē sa-
gacis ingenii, solers, siquid utilitatis edidissem.
coram se relegi pcepit. quae plecta, ut ita dicam,
laudauit, atque, in quã, approbauit. contulitq;
et iam mihi librũ beati augustini contra manicheos
suphacre luculento sermone exaratũ. unde ea,
quae digesseram conprobare quiuissem, quo fer-
uenti astu lustrato, xpo preduce, non solum in
sensu, uerum et iam in quibusdam locis, syllabisq;
concordantem inueni. dein imperat iuxta suũ